Galli se omnes

ab Dite patre prognatos

praedicant

PPP

[idque ab druidibus proditum]

dicunt.

Ob eam causam spatia omnis temporis non numero dierum sed

noctium finiunt;

dies natales et mensum et annorum initia sic observant

ut noctem dies subsequatur.

In reliquis vitae institutis hoc fere ab reliquis differunt,

quod suos liberos,

nisi cum adoleverunt,

ut munus militiae sustinere possint,

palam ad se adire non patiuntur filiumque

puerili aetate in publico in conspectu patris adsistere turpe

ducunt.